

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Honor k
cum fonte primo

Quicumque desiderat primatum
celestem, sequatur humilitatem
terrestrem.

Non enim qui maior fuerit in honore,
ille maior; sed qui iustior,
ille maior.

Crisostomus ibidem (super Mattheum).

Quicumque ergo desiderat primatum
caelestem, sequatur humilitatem
terrestrem:

quicumque autem desiderat primatum in
terra, inveniet confusionem in caelo: ut
jam inter servos Christi non sit de
primatu certamen, nec festinet
unusquisque eorum, quomodo aliis
major appareat, sed quomodo omnibus
inferior videatur: quoniam
non qui maior fuerit in honore,
ille est justior, sed qui justior fuerit,
ille est major.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus*
imperfectum in Matthaem, 35 (PG 56,
col.830).